

Sigismundus I. Rex Poloniae,
 Nicolao de Missice Capitulo Plocensi.
 Generose fidelis Dilecte.

108

Quia Summus Pontifex contra volun-
 tatem nostram et jura regni nostri contu-
 lit Episcopatum Plocensem Illustrissimo
 Domino Joanni Alberto Marchioni Bran-
 deburgensi, fratri hostis nostri magistri
 Prussiae, et usque tua sinceritas presen-
 tatum nostrum Reverendum Dominum
 Raphaelem Episcopum Przemyslensium
 confirmare differt, volentes nos, uti te-
 nemur nostra et regni nostri jura ma-
 nutenere, et verentes ne bona ipsius
 Episcopatus Plocensis sub gubernatio-
 ne, qui Romanis terriculamentis plus
 sunt obnoxij aliquibus difficultatibus invol-
 vantur, hostesque nostris suis votis
 potiantur. Mandamus fidelitati tuae
 uti capitulo et officiali nostro districtif-
 sime, utque celerius una cum generoso
 Joanne De Oporow Castellano Brzeszen-
 si et Capitulo Crusviciensi, et Joanne
 De Lesano succamerario et Capitulo
 nostro Radziejoviensi auctoritate et
 nomine nostro ipsa bona Episcopatus
 Plocensis in curam et potestatem Ve-
 stram recipiatis, eaque teneatis, et
 gubernetis usque ad aliud documen-
 tum nostrum, providentes tamen omni

Diligentia

Diligentia, ne dicto domino Episcopo Pra:
mysliensi ejusdem ecclesiae electo, quic
quam in bonis ipsius Distrabatur. Sed
ut omnes res ac proventus integre pro
illo reserventur. Pro gratia nostra, et
sub officio sui privatione, aliter non fa:
cturi. Datum Ect.